



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1624. usque ad annum 1627

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1778

VD18 90118863

§. 14. Walliæ Princeps Henricæ Galliarum Regis Sorori matrimonio junctus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67369](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67369)

usitato, & commodo promisisset, utique Sæc. XVII.
si quid deinceps præsatus Monachus eniti, A.C. 1624.
ac præstare velit, hoc omne in tempore
significabitur. Illud vero ab initio postula-
bat, sicubi primogenitus meus permettere-
tur in aula Bavarica educari; facile hoc
præsupposito, de ceteris posse transigi.

§. XIV.

*Walliae Princeps Henricæ Galliarum
Regis Sorori matrimonio
junctus.*

Cum interea Embrodunensis Archi- *Rapin Tho-*
episcopus in Anglia cum Jacobor^{as} Hist.
Rege de Catholicis mitius habendis a- *d'Angl.*
geret, Hollandus seu Hayus Comes
Angliæ legatus in Galliis & Carlillus
cum Tillierio & Effiato Franciæ Regis
Oratoribus connubii negotium inter Ca-
roolum Walliæ Principem, & Regis So-
rorem pene consecerant: Obstat ad-
huc Religionum diversitas, quæ fir-
mam animorum conjunctionem impe-
dire videbatur: Postulabant Angli, ea-
dem pacta, quæ olim inter Henricum
& Christinam Principes proposita, esse
acceptanda; e contrario autem Galici
Oratores easdem leges, quæ pro ma-
trimonio Hispanico circa Religionem
fuerant conceptæ, præscribebant, iis-
demque cetera connubii pacta esse su-

C 4 per-

Sæc. XVII. perstruenda petebant. Enimvero An-
A. C. 1624. gliæ legati Regem suum in hæc quo-
que paœta facile consensurum noverant,
diu tamen tergiversari simulabant; tan-
dem vero re ultiro citroque agitata in
articulos Hispanis concessos, confundere,
exceptis hisce quatuor. I. De libertate
conscientiæ Catholicis concedenda.
II. De Ecclesia Londinensi. III. De
prolibus ab ipsa Matre per decennium
educandis. IV. De Episcopo, qui in
iis, quæ Religionem concernunt, Re-
giam Domum moderaretur. Hos quo-
que articulos omnino esse concedendos,
acriter instabant Franciæ Oratores,
præcipue Vieuvilla Marchio, cui Lu-
dovicus Rex totam rei gerendæ sum-
mam commiserat. Obluctabantur ve-
hementer Angli, declarantes, quod
duos quidem postremos articulos ad-
missuri essent, de primis autem duo-
bus quicquam decernere prohiberentur,
eoquod Rex in nupero conventu se Ca-
tholicis nec Conscientiæ libertatem, nec
Ecclesiam ullo pacto indulturum, pol-
licitus esset. Cedebant horum opposi-
tioni Oratores Galli, spe freti, quod
Rex spectata in Religionem Catholicam
propensione, quam Embrodunensi Ar-
chiepiscopo testatam reddidit, ad hosce
quoque articulos suo tempore descen-
furus esset.

§. XV.